Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tapinibus nostris. Nonne iste est da
uid cui cantabant in choro dicentes
percussit saul in milibus suis. et dauid
in milibus suis. Vocauit igitur achis
dauid et ait ei. Viuit dominus quia
rectus es tu et bonus in oculis meis et
exitus tuus et introitus tuus mecum
est in castris et non inuenit in te quicquam
mali ex die qua uenisti ad me usque
ad diem hanc. sed satrapis non place
es. Reuertere ergo et uade in pace
et non offendes oculos satraparum philis
tinorum. Dixit quoque dauid ad achis. quid
enim feci et quid inuenisti in me seruo
tuo a die qua fui in conspectu tuo usque
in diem hanc ut non veniam et pugnem
contra inimicos domini mei
regis. Respondens autem achis locutus
est ad dauid. scio quia bonus es tu in
oculis meis sicut angelus dei. sed
principes philistinorum dixerunt non
ascendet nobiscum in pugnam. Igitur
consurge mane tu et serui domini tui
qui uenerunt tecum. et cum de nocte
surrexeris et cepit diluculescere pergite
Surrexit igitur dauid nocte ipse et
uiri eius ut proficiscerentur mane et
et reuertebantur ad terram philistinorum. phi
listinorum autem ascenderunt in zrahel

XXX

Cumque uenissent
dauid et uiri eius in siceleg
die tertia amalechite impetum
fecerunt ex parte australi siceleg et pu
gnauerunt siceleg et succenderunt eam
igni et captiuas duxerunt mulieres
ex eis. a minimo usque ad magnum et non
interfecerunt quemquam. sed seruauit
runt et prosecuti sunt iter suum. Cum
ergo uenisset dauid et uiri eius
ad ciuitatem et inuenissent eam
succensam igni et uxores suas et fi
lios suos et filias ductas esse capti
uas leuauerunt uoces suas et plaure
runt donec defecerit in eis lacrime
Siquidem et due uxores dauid cap
tiue ducte fuerant achinoem ie
zrahelites et abigail uxor nabal car
meli et contristatus est dauid nimis
Volebat enim eum populus lapidare quia
amara erat anima omnium uniuersi
sup filius suis et filiabus. Confortatus
tus est autem dauid in domino deo suo
et ait ad abiathar sacerdotem filium
achimeleth. apporta ad me ephoth.
et applicauit abiathar ephoth ad dauid.
Consuluit dauid dominum dicens
persequar an non latrunculos hos
et comprehendam eos. Dixit quoque ei dominus p
sequere absque dubio enim comprehendes
eos et eruptes predam. abiit ergo
dauid ipse et sexcenti uiri sui qui cum
eo erant et uenerunt usque ad torren
tem besor et lassi quidem substiterunt
Secutus est autem ipse dauid et qua
dringenti uiri cum eo. substiterunt
enim ducenti qui lassi transire non po
terant torrentem besor et inuenerunt
uirum egyptium in agro et adduxe
runt eum ad dauid. dederunt quoque ei
panem ut comederet et biberet aquam
et fragmen masse caricarum. et
duas ligaturas uue passe. Cum
comedisset reuixit enim spiritus eius
et refocillatus est non enim comederat
panem nec biberat aquam tribus die
bus et tribus noctibus. Dixit itaque
ei dauid. Cuius es tu. uel unde aut
quo pergis. qui ait puer egyptius e
gyptiuus seruus uiri amalechite dere
liquit enim me dominus meus quia